

1681
Viro Perillugri

Constantino Hugenio Sclemio

S. P. D.

Ioannes Georgius Graevius.

SRYKS
ARCHIEF.



Salmasii maximas tibi apud me gratias egerunt pro incredibili sumanitate, qua
illos complexus es, forendosque suscepisti, ut in te spem omnem suac salutis
positam habeant. Nec illos fasset augurium. Natus enim es ad bene de
bonis merendum, nec quicquam tibi antiquius est, quam plurimis prodesse.
Non expectas occasionem afflictos erigendi, sed ultra, ubi nullaspes erat, eam
eruendam tibi statuis. Nulli sane dubitamus, quin obrutis turbulentissima
tempestate tranquillum, ut nunc res sunt, portum virtute tua & studio illis
patefacturus, praesertim cum iam, te annidente, secundior aura illis vide-
atur esse adspiratura. Nam litterae & testimonia, quae fidem faciunt, minori
Salmasio centurionis personam decretam & ~~etiam~~ impositam fuisse in
Gallia, Serenissimo Principi Arausisionum tradita, & ab eo tibi partes dates
esse illa perpendendi laetus accepi. Nam enim certa spes est fore brevi, ut
tuo consilio & ope, suffragantibus testimoniis, ad fortunae melioris spem is
resurgat, ejusque fortunae pro temporum horum ratione in tuto collacentur.
Majorem natu benignius quoque Numen brevi respiciet, spero, auspiciis
Optimi Principis, & tua gratia, quae plurimum potest, quaeque Salmasii,
& cum maxime juniori, pro tua pristina consuetudine omnes juvandi,
deesse non poterit. Quod ubi contigerit, non tantum tibi devinices

87

viro nobilissimos, sed omnes, quibus memoria parentis, & ingentium in rem
tam Christianam, quam litterariam sancta est hoc est omnes, qui tenentur
doctrinarum & sapientiae studiis, quae vir magnus mirifice illustravit
sic tibi tuisque omnia ex voto & sententia proveniant. Vale vir
perillugris, & nisi bene velle perge. Traiecti D. V Jan. MDCCLXXXVII.

PP.

nde in maartsgaen d' etterdag vieren en zeling gemaakt, want heden worden
velen niet ingezien so dat het wel een moekeheid van geschiedenis wordt
te beschrijven wanneer die zeling, d'etkerd, aantrengt, & vermaadt
omtrent d'etkerd, tankendeig d'etkerd, & omtrent d'etkerd
xxxiii u. 60. mal. V. & i. Bocht op de oede landt mit d'etkerd